

13 VIII 2  
540

DE NOMINUM DECLINATIONE  
IN LINGUA SYRJAENA,

SPECIMEN ACADEMICUM,

QUOD,

VENIA AMPLISSIMI ORDINIS PHILOSOPHORUM  
AD IMPERIALEM ALEXANDREAM IN FENNIA UNIVERSITATEM,

PRAESIDE

GABRIELE REIN,  
*Philosophiae Doctore, Hist. Professore*  
*atque Ord. Imp. de S:to Wolodimiro quartae classis Equite,*

PRO GRADU PHILOSOPHIAE DOCTORIS OBTINENDO

PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBJICIT

MATTHIAS ALEXANDER CASTRÉN,  
*Phil. Mag. et Licentiatus,*  
*Fennicae et antiq. septentrionalium Gentium linguarum Docens.*

IN AUDITORIO PHILOS. DIE XVII JUNII MDCCXLIV.

H. A. M. S.

---

HELSINGFORSIAE  
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA FRENCKELLIANA.

VIRO MAXIME REVERENDO,  
ECCLESIAE IN KEMI PASTORI,  
CONTRACTUSQUE ADJACENTIS PRAEPOSITO,  
IMPER. ORD. DE S:TA ANNA IN II. CLASSE,  
CUM CORONA INSIGNI,  
ET DE S:TO WOLODIMIRO IN IV. CL. MEMBRO,  
S. S. THEOLOGIAE DOCTORI

MATTHIAS CASTRÉN,

PATRUO OPTIMO,  
SUMMA ANIMI VENERATIONE COLENDÖ,

SACRUM  
VOLUIT, DEBUIT  
MATTHIAS ALEXANDER CASTRÉN.

---

## DECLINATIO NOMINUM IN LINGVA SYRJAENA.

---

### §. 1.

**O**mnes omnino linguae Finnicae originis carent genere, sed abundant varietate casuum. Casibus non solum indicant *actionem*, quae notio inest Nominativo, Genitivo, Dativo, Accusativo, Infinitivo, Ablativo, Instructivo, atque *statum* (conditionem) casibus Essivo, Factivo et Caritivo in lingvis Finnicis expressum, sed etiam varias *loci* relationes, quae in aliis linguis praepositionibus reddi solent, in Finnicis vero casibus Allativo et Illativo, Adessivo et Inessivo, Ablativo, Elativo, Transitivo e. s. p.

**Obs.** Linguae Finnicae praepositionibus carent; cum autem casus numquam sufficere possint infinitas ad loci relationes exhaustendas, proiectiori linguae et rationis cultu postpositiones ortae sunt e casibus nominum. Multae qvidem postpositiones casualem suam vim sere amiserunt, et usitantur seque abstracte ac in aliis linguis praepositiones. Sed propria sua vi postpositiones semper sunt casus nominum, et oriiri possunt e quocunque nomine substantivo ad exprimendas rei rationes modo intuitivo. Ita ex. gr. effatum illud: *sedet ad mensam* redditur hac ambage: *sedet ad marginem mensae*, *istuu pöydän vieressä* Finn., *Pisan doryn* Syrj. — Ex intuitiva illa postpositionum natura se-

qvitur, eas aptissime rationes loci exprimere. Sunt qvidem postpositiones, qvae relationes rerum abstractarum indicent, semper vero sunt a nominibus formatae et qvandam habent propriam vim, qvae praepositionibus deest.

## §. 2.

Casus in lingva Syrjaena sunt seqentes:

1. *Nominativus* continet truncum nominis, qvi primitus in vocalem exivit, iam vero variis modis commutatus est.

2. *Genitivus* proprio caret fine et exprimitur vel Nominativo, ex. gr. *pu kyrs*, arboris cortex, vel Adessivo, ex. gr. *ad<sup>3</sup>ja pulän kyrs*, video corticem arboris (ad arborem), vel Elativo, ex. gr. *pulys kyrs kulji*, corticem arboris) ab arbore) abstuli. Lingvis etiam Lapponicae, Esthonicaeque propria deest Genitivi terminatio, sed vestigia adhuc restant, probantia his lingvis qvondam fuisse casum Genitivi et qvidem in *n* exeuntem, ut in Finnica lingva. Fieri potest, ut iste casus etiam in lingua Syrjaena olim fuerit, et nobis qvidem credibile videtur, Adessivum esse ortum e terminatione *la* vel *tä* (ut Adessivus in lingva Finnica finitur) adfixa eidem Genitivi terminatione — *n*. Primarium suum Genitivum abiecit lingva, qvoniam terminatio illius eadem fuit ac Instructivi, qvam ob caussam lingva Finnica Instructivum fere amisit in Singulari numero. —

3. *Accusativus* nec in Finnica, nec in Lapponica lingva propria gaudet terminatione, sed redditur vel Nominativo

vel Genitivo (in Sing. num.), vel Infinitivo. Accusativus in lingva Syrjaena Nominativo compensari solet. Sed nomina vivifica, quae in consonantem exeunt, proprium habent Accusativi finem —ä<sup>s</sup> (\*ö<sup>s</sup>) †) in Sing. et Plur. numero. Qui finis sine dubio ortus est e forma suffixiva Accusat. primae personae, quae eodem modo sonat \*).

4. *Instructivi* finis est —än (\*ön) ex. gr. *mortän* homine, *purtän* cultro. Eadem est terminatio Instructivi in lingvis Finnica et Lapponica, omissa littera copulativa, quae in Syrjaena lingva certa atque constans, in his ab ultima trunci vocali pendet. Instructivo compensatur, ut in Russia, casus Essivus.

5. *Caritivus* exit in —täg (—tög) vel —tägja, Lapp.

†) Signo \* indicamus differentiam in variis dialectis.

\*) In dialecto Ischemica suffixa freqventer usitantur. Suffixum quidem tertiae personae saepe omittitur in caeteris casibus, in Accusativo vero servari solet. Qvod si aliquando negligitur, Accusativus absolute usitatur, nulla ratione habita personae, ex. gr. *adžja mortäs*, video hominem. Dicunt etiam in prima persona: *adžja meam mortäs*, video meum hominem; non vero dici potest: *adžja tead mortäs* (pro *morttä*), *bosti sya purtäs* (pro *purt sä*), video tuum hominem, cepi eius cultrum, ex quo evidentissime sequitur finem —ä<sup>s</sup> primitus fuisse suffixum primae personae. Lingvam eo modo usurpasse formam suffixivam ad notionem Accusativi reddendam, facile intelligitur ex eo, qvod suffixa in lingva Syrjaena suam amiserint vim genuinam, auctoritatum indicantia formam nominum finitam. —

*tagha*, Finn. —*tta*, *tah*, Esth. *ta*, ex. gr. *njanjtäg* vel *njanjtägja*, sine pane; *kerkatäg* sive —*tägja*, sine domo.

6. *Dativus in ly*, primitus sine dubio Allativus fuit, et adhuc pro Illativo nunquam usitatur, iam vero solam Dativi notionem reddit, ex. gr. *Jenly* Deo, *mortly* homini. Terminatio —*ly* respondet ad Allativum —*le* in lingva non tantum Finnica, sed etiam Esthonica et Lapponica. Littera *l* est nota omnium omnino casuum loci exteriorum (Allativi, Adessivi, Ablativi, Secutivi); *e* finale in Syrjaena lingva solet mutari in *y*.

7. *Allativus* significans motum *ad*, *versus* locum exprimitur fine —*lanj*, qvi est linguae Syrjaenae proprius, ex. gr. *jaglanj*, ad (versus) sylvam (къ лѣсу), *morjelanj*, ad mare, *tilanj*, ad insulam, *mortlanj*, ad hominem. Mutata primaria Allativi significatione, novus iste casus videtur esse profectus e Secutivo in —*la*.

8. *Illativus* indicans motum in locum (interiorem partem) exit in —*ä* (\*—*ö*), ex. gr. *mortä*, in hominem, *kerkaä*, in domum. Adspiratio in fine, quae propter suam acritatem per *h* exprimi posset, format quoque in lingva Finnica Illativum, qvi iam exit in *h*—*n*, primitus vero exi-  
vit in —*h*, quae terminatio adhuc servata est in dialecto Russo - Carelica, ex. gr. *kulkku*, guttur, Illat. *kulkuh*, *wenehe*, cymba, Illat. *weneheh*. Per illativum compensatur in lingva Syrjaena etiam *Factivus*, ex. gr. *kiä kari*, fecit (ad) manum, Finn. *teki kädeksi*.

9

9. *Adessivus* exit in *—lǟn* (*\*lön*) denotans:

1. *Qviitem* in exteriori parte loci, ex. gr. *pulän vyijym kyrs*, ad arborem (arbori) est cortex, *mortlǟn vyijym kerka*, homini est domus. Eandem possidendi et simul adhaerendi notionem Adessivus quoque habet in lingva Finniaca, ex gr. *puulla on kuori*, *ihmisellä on huonet*, sed in Syrjaena lingva Adessivus vix occurrit in pura et genuina sua vi, semper vero reddi solet postpositionibus.

2. *Genitivum*, notione possidendi, ex. gr. *kur lǟn pos*, aquilae nidus, *kerkalän wejt*, domi tectum, v. supra.

10. *Inessivus* utitur fine *—yn*, qui bene congruit cum Essivo *—na* in lingvis Finniaca atque Estonica, et adhuc melius cum Essivi terminatione *—n* in Lapponica lingva. Finale *a* elapsum est et *y* littera copulativa. Essivus etiam in lingva Finniaca saepe gaudet vi casus Inessivi, i. e. qvietis in loco (interiori), ex. gr. *istuu kotona l. koissa*, sedet domi, Syrj. *gortyn pukalǟ*.

11. *Ablativus 1.* exit in *—lys* (Finn. *—lta*, Esth. *—lt*, Lapp. *—ld*), ubi rursus littera characteristicas casuum loci exteriorum agnoscitur. *Y* est vocalis copulativa, s. vero ortum *t*, ut in Nominat. Plurali (efr. §. 3). Ablativus 1. ab aliis denominatus est *Possessivus*, quoniam aliquando adhibetur ad Genitivum compensandum. Cuius tamen vis non possessiva est, sed e contrario privativa, ex. gr. *pulys uu kerali*, secui ramum arboris (ab arbore), *vokällys paskäm bosti*,

cepi vestes fratris mei (a fratre meo). Qvod Gabelentz affert de eadem notione Ablativi 1. et Adessivi, haud valet in dialecto Ischemica, qvamvis etiam heic Ablatiyi vis genuina iam non reperitur nisi in singulis qvibusdam effatis, ex. gr. *korny ajlys.*, orare a patre, Finn: *pyytää isältä, jualis nylys*, interrogavit ab illis, Finn. *kysy miltä* (vide Gab. pag. 56).

12. *Ablativo* 2. subiici solet notio caussae l. originis, nulla ratione habita loci externi vel interni. Abl. 2. exit in *—sünj*, (*—seänj*, *—sjanj*) et videtur ortus fuisse ab Elativo, eodem fere modo ac Allativus a Secutivo. Ex gr. *Jensünj*, a Deo, *voksänj*, a fratre, *musänj*, a terra.

13. *Elativus*, motum e loco (interiori) indicans, exit in *—ys*, cuius cum terminatione Elativi in lingva Finnica (*—sta*) et Lapponica (*—st*) affinitas elucet e lege, duas consonantes in fine syllabae non permittente. Ex. gr. *vays*, ex aqua; *juys*, e flumine; *keräsys*, de vico.

14. *Secutivus* in *—la*, lingvae Syrjaenae proprius, et terminatione sua, litteram *l* continente, et significatione ad casus loci exteriores referendus est. Significat enim motum ad locum, scil. aliquid exinde allatum, ex. gr. *wala muni*, ivit aquam allatum, Russ. за водою.

15. *Transitivus*, indicans motum *iuxta*, *secundum*, *praeter* locum, exit vel in *—äd* (*\*öd*) vel in postpositi-  
nibus et adverbii potius in *—ti*. Idem casus adest in lin-  
gva Finnica, exiens in *—tte*, *—tbeh*, *—tse*. Hic sine du-  
bio fuit primarius Transitivi finis in lingva quoque Syrjaena,

## II

sed e vel mutatum est in i, vel transpositis litteris, in ä.  
Ex. gr. *muäd*, secundum terram, *vomäd*, secundum (per) os.

16. *Terminativus* in —*edʒj*, designat motum usqve ad locum (ad loci terminum), ex. gr. *karedʒj muni*, ivi usqve ad urbem. —

Obs. 1. *Vocativum* statuit Sjögren in —ö (—e), Gabelentz vero rejicit, banc litteram pro sola interiectione tenens. Ischemica dialectus illustrat, vocalem —ö (heic —ä) esse suffixum primae personae Nominativi. —

Obs. 2. Ex his, qvae in praecedenti paragrapho breviter de casibus allata sunt, apparet, eos in lingva Finnica et Syrjaena summa affinitate esse coniunctos. Eadem est casuum idea et indeoles, eadem illorum vis, et ipsi fines tam sunt affines, quam fere in diversis lingvis esse possunt. —

### §. 3.

Pluralis in Nominativo exit in —*jas*, primitus äs, in quo fine litterae ä vis sola vocalis copulativa inest, s autem bene congruit cum fine Plur. numeri in lingva Lapponica h, nec non Finnica t. Ceteri casus eodem modo in Plurali formantur numero, ac Singulari.

### §. 4.

Nomina Syrjaena, aeque ac Finnica, Lapponica, Esthonica, in Nominativo amisisse ultimam trunci vocalem, iam supra animadvertisimus. Saepissime amissa est vocalis i, vel immediate, vel mutata antea in j (b), qvae quidem littera:

saepe revertitur in ceteris casibus, mitigans seqvens *ä* in *e*. Post duas consonantes in multis etiam nominibus elapsa est ultima quaedam vocalis, quam ob caussam posterior consonantium abiicitur in Nominativo. — Multa adhuc nomina consonantem *l* in Nominativo amiserunt \*). Qvibus respectis, duae in lingua Syrjaena nascuntur declinationes, altera *regularis*, altera *irregularis*. In illa truncus per omnes casus manet immutatus, qualis in Nominativo fuit; in hac vero qvidam casus novam accipiunt consonam.

**Obs.** Linguae Finnicæ periti facile intelligunt, hanc distributionem haud esse aliam, sc in Grammatica Fennica Vhaelianam illam divisionem nominum in *Parisyllabica* et *Imparisyllabica*, ex qvibus haec unam vel plures in Nominativo amissas litteras recipiunt in ceteris casibus.

### §. 5.

Hic est typus ambabus Declinationibus communis:

---

\*) Si syllaba quaedam exiverit in *ly*, antecedens vero in vocales *a*, *i*, *o*, *u*, *y*, *ö*, eliditur *l* et concurrentes vocales contrahuntur, imbuentes naturam vocalis praecedentis, ex. gr. *oɔ koo*, non est necesse, pro *oɔ koly*; *kyla*, audio, Imperat. *kyy* pro *kly*; *tuu-soo* vernus, pro *tulysoly*, diminut. *e tulys*, ver. Antecedens *a* simul in *o* mutatur, ex. gr. *vistala*, dico, Imp. *vistoo* pro *vistaly*, *lägoo* pro *lägaly*. Talis contractio non permittitur post vocalem longam, ex. gr. *vööla*, saepe sum, Imperat. *vööly*, non *vööööö*.

*Singularis.*

Nom. Voc. l. Cons.

Gen. — — l. län (\* lön), lys.  
 Accus. — — l. äs, (\* ös).  
 Instr. —än (\* ön).  
 Carit. —täg l. tägja (\* tög).  
 Dat. —ly.  
 Allat. —lanj.  
 Illat. —ä' (\* ö').  
 Adess. —län (\* lön).  
 Iness. —yn.  
 Abl. 1. —lys.  
 Abl. 2. —sänj.  
 Elat. —ys.  
 Secut. —la.  
 Trans. —äd (\* öd).  
 Term. —edʒ.

*Pluralis.*

Nom. —jas.  
 Gen. — l. jaslän (\* jaslön), jaslys.  
 Accens. — — l. jasäs.  
 Instr. —jasän (\* jasön).  
 Carit. —jastäg (\* jastög), jastägja.  
 Dat. —jasly.  
 Allat. —jaslanj.  
 Illat. —jasä' (\* jasö').  
 Adess. —jaslän (\* jaslön).  
 Iness. —jasyn.  
 Abl. 1. —jaslys.  
 Abl. 2. —jassänj.  
 Elat. —jasys.  
 Secut. —jasla.  
 Trans. —jasäd (\* jasdöd).  
 Term. —jasedʒ.

## §. 6.

Qvae nomina regulariter declinentur, qvae irregulariter, vel aliis verbis, qvae in Nominativo qvandam amiserint consonantem, non est regulis in Grammatica circumscribendum, sed e vocabulario discendum. Nomina regularia, et in vocalem et in consonantem exeuntia, pari modo declinantur, hoc solo discrimine, ut vivifica, in consonam desinentia nomina, forment Accusativum per Suffixum —äss.

## I. Declinatio regularis.

### §. 7.

#### *Singularis.*

Nom.	Mort, homo.
Gen.	Mort, mortlän, mortlys.
Accus.	Mortäs.
Instr.	Mortän.
Carit.	Morttäg l. —tägja.
Dat.	Mortly.
Allat.	Mortlanj.
Illat.	Mortä.
Adess.	Mortlyn.
Iness.	Mortyn.
Abl. 1.	Mortlys.
Abl. 2.	Mortsänj.
Elat.	Mortys.
Secut.	Mortla.
Trans.	Mortäd.
Term.	Mortedj.

#### *Pluralis.*

Nom.	Mortjas.
Gen.	Mortjas, mortjaslä, mortjaslys.
Accus.	Mortjasäs.
Instr.	Mortjasän.
Carit.	Mortjastäg l. —tägja.
Dat.	Mortjasly.
Allat.	Mortjaslanj.
Illat.	Mortjasä.
Adess.	Mortjaslä.
Iness.	Mortjasyn.
Abl. 1.	Mortjaslys.
Abl. 2.	Mortjassänj.
Elat.	Mortjasys.
Secut.	Mortjasla.
Trans.	Mortjasäd.
Term.	Mortjasedj.

#### *Singularis.*

Nom.	Ki, manus.
Gen.	Ki, kilän, kilys.
Accus.	Ki.
Instr.	Kiän.
Carit.	Kitäg l. —tägja.
Dat.	Kily.
Allat.	Kilanj.

#### *Pluralis.*

Nom.	Kijas.
Gen.	Kijas, Kijaslän, Kijaslys.
Accus.	Kijas.
Instr.	Kijasän.
Carit.	Kijastäg l. —tägja.
Dat.	Kijasly.
Allat.	Kijaslanj.

Illat.	Kiä'.	Illat.	Kijasä'.
Adess.	Kilän.	Adess.	Kijaslän.
Iness.	Kiyn.	Iness.	Kijasyn
Abl. 1.	Kilys.	Abl. 1.	Kijaslys.
Abl. 2.	Kisänj.	Abl. 2.	Kijassänj.
Elat.	Kiys.	Elat.	Kijasys.
Secut.	Kila.	Secut.	Kijasla.
Trans.	Kiäd.	Trans.	Kijasäd.
Term.	Kiedžj.	Term.	Kijasedž.

**Obs.** Dativus nominum in vocalem desinentium non sequitur legem de elisione litterae *l*, vocaliumque contractione, quoniam confusio oriretur inter Dativum simplicium et Nominativum diminutivorum nominum, ex. gr. *wējka*, sanctus, Dat. *wējcaly*, etc. *wējcoo*, sancto; dim. *wējoo*, sanctus.

## II. Declinatio irregularis.

### §. 8.

Huc referenda sunt nomina: α) qvae ante ultimam Nominativi vocalem amiserunt litteram *l*, eam vero in ceteris casibus recipiunt ante finem, qui cum vocali incipit, i. e. in casibus: Instructivo, Illativo, Inessivo, Elativo, Transitivo, Terminativo.

#### *Singularis.*

Nom.	Nyy, virgo.
Gen.	Nyy, nyylän, nyyllys.
Accus.	Nyy.
Instr.	Nylän.
Carit.	Nyytäg.

Dat. Nyyly.  
 Allat. Nyylanj.  
 Illat. Nylä'.  
 Adess. Nyylän.  
 Iness. Nylyn.  
 Abl. 1. Nylys.  
 Abl. 2. Nyysänj.  
 Elat. Nylys.  
 Secut. Nyyla.  
 Trans. Nyläd.  
 Term. Nyledäj.

Pluralis regulariter flectitur: Nom. *nyyjas*, Instr. *nyyjasän*, Illat. *nyyjasä*', Iness. *nyyjasys*, e. s. p.

Obs. 1. Eodem modo declinatur maxima pars nominum, quae in Nominativo longam habent quantitatem, elisione litterae *l* ortam. Exempla praebent: *kyy*, lingva, *yy* remotum, *vyy*, superum et composita: *asyvyy*, latus orientale, *rätoovyy*, latus occidentale, *lunvyy*, latus australe, *vojvyy*, latus septentrionale, *köö*, funis, *töö*, ventus, hiems, *jöö*, lac, *wöö*, equus, *zöö*, quietus, *pöö*, trabes, *uu*, qvod infra est, et composita: *kodsjuu*, stellä, *kotkodsjuu*, formica, *djodsjuu*, lacerta agilis, *peljuu*, pulvinar, *kokuu*, scabellum pedum, *loo*, spiritus, *soo*, sal, et omnia diminutiva in —oo, ex. gr. *rätoo*, occidens, *panoo*, polenta, *seroo*, lens pediculi, *jumoo*, cibus e farina et aqua praeparatus (Russ. *cyclo*), nec non adjectiva diminutiva, ex. gr. *tölöö*, hiemalis, *tuusoo*, vernus, *džendoo*, brevis, *pemdo*, obscurus, *gögräsoo*, rotundus, *kudjoo*, longus, *vezkaoo*, sanctus, *arsjoo*, autumnalis.

Obs. 2. Revertente in flexione littera *l*, vocalis antecedens evadit brevis, ultima vero abiicitur, ex. gr. *Nylä'*, non *nylyä*', Nom. *nyly*.

**Obs. 3.** Interdum usurpatur forma contracta, licet vocalis incipiat finem, ex. gr. Illat. *nyyä'*, Iness. *nyy'yn*, Elat. *nyy'ys*.

β) Monosyllabica, quae primitus disyllabica fuerunt, sed, amissa vocali Nominativi finali, ob concursum duarum consonantium ultimam consonam (m, s, n, t) abiecerunt, recipiunt eam in casibus, qvorum finis cum vocali incipitur.

## 1.

Nom. Jen, Deus.  
 Gen. Jen, Jenlän, Jenlys,  
 Accus. Jenmäs.  
 Instr. Jenmän.  
 Carit. Jentäg l. —tägja.  
 Dat. Jenly.  
 Allat. Jenlanj.  
 Illat. Jenmä'.  
 Adess. Jenlän.  
 Iness. Jenmyn.  
 Abl. 1. Jenlys.  
 Abl. 2. Jensänj.  
 Elat. Jenmys.  
 Secut. Jenla.  
 Trans. Jenmäd.  
 Term. Jenmedej.

## 2.

Nom. Muös, vacca.  
 Gen. Muös, muöslän, muöslys.  
 Accus. Muös.  
 Instr. Muöskän.

**Carit.** Muöstäg l. —tägja.

**Dat.** Muösly.

**Allat.** Muöslanj.

**Illat.** Muöskä'.

**Adess.** Muöslän.

**Iness.** Muöskyn.

**Abl. 1.** Muöslys.

**Abl. 2.** Muössänj.

**Elat.** Muöskys.

**Secut.** Muösla.

**Trans.** Muöskäd.

**Term.** Muöskedəj.

### 3.

**Nom.** Ош, ursus.

**Gen.** Ош, owlän, owlys.

**Accus.** Ош.

**Instr.** Owlän.

**Carit.** Owtäg, l. —tägja.

**Dat.** Owlly.

**Allat.** Owlanj.

**Illat.** Owlä'.

**Adess.** Owlän.

**Iness.** Owlkyn.

**Abl. 1.** Owlys.

**Abl. 2.** Owsänj.

**Elat.** Owlks.

**Secut.** Owlä.

**Trans.** Owläd.

**Term.** Owlkedəj.

- Nom. IIIер, *spica segetis.*  
 Gen. IIIер, *merplän, merplys.*  
 Accus. IIIер.  
 Instr. IIIertän.  
 Carit. IIIertäg, l. —tägja.  
 Dat. IIIerply.  
 Allat. IIIerplanj.  
 Illat. IIIerpä'.  
 Adess. IIIerplän.  
 Iness. IIIerptyn.  
 Abl. 1. IIIerplys.  
 Abl. 2. IIIersänj.  
 Elat. IIIerpty.  
 Seeut. IIIerpla.  
 Trans. IIIertäd.  
 Term. IIIerpedž.

Obs. Secundum primum paradigma declinantur: *sin, oculus, un,*  
*somnum, pon, canis, anj, uxor, son, filius, kun, lixivium; se-*  
*cundum seqvuntur: is, olor, pes, lignum fissum, vos, vomitus,*  
*lys, scopae fornacis, pos, pons, tes, farina avenacea, tjös, tra-*  
*bès tecti, mus, iecus; tertium vero: myu, gibba, öu, taurus,*  
*töu, barba; et quartum; zep, pera vestimenti.*

γ) Litteram *j* ante vocalem finalem accipiunt:

1:mo multa nomina monosyllaba, quae primitus sine  
 dubio dissyllaba fuerunt, et in *i* exiverunt.

2:do monosyllaba, exeuntia vel in vocalem longam, vel  
 in diphongum.

Ad primum ordinem pertinent: *sib*, fustis, Instr. *sib-jen*, *id*, hordeum, Illat. *idje'*, *kyd*, gluma, Iness. *kydjyn*, *sud*, cos, Elat. *sudjys*, *byg*, spuma, Transit. *byggjad*, *gög*, umbilicus, Term. *gögjedj*, *gag*, tinea, *tug*, scopa, *ujag*, purgamentum, *wal*, unda, *dæcyn*, dimidium, *pin*, dens, *gyr*, mortarium, *gör*, aratrum, *pur*, ratis, *ker*, assis, *kor*, folium, *tor*, pars, *myr*, fulcrum, *dar*, cochlear majus, *dooz*, corbis, *gez*, funis, *poz*, nidus, *iis*, lapis, *kooz*, pinus abies, *weez*, nervus in arcu iaculatorio; *jus*, anas cygnus, *pors*, sus, *rÿs*, caseus, *meæc*, vexillum, *wudæc*, arcus, *wuæc*, radix, *yæc*, ovis, e. s. p. Fieri potest ut haec et alia eiusmodi nomina in ceteris dialectis revera exeat in *j*, ut quidem colligere licet e disquisitione de structura linguae Syraenicae a Sjögren edita.

Secundi ordinis sunt: 1:mo *pai*, pars, *pei*, digitus, *toi*, pediculus, *tui*, via, Instr. *paijen*, *toijen*, Illat. *pajje'*, *toije'*, e. s. p. 2:do *pii*, nubes, *syy*, orgyia, (syli), *tuu*, clavus, cuneus, *uu*, ramus, *puu*, vaccinium vitis idaea; Instr. *puijen*, *syyjen*, *uujen*; Elat. *tuijys*, *puijys*, *uujys*, e. s. p.

Obs. 1. Iucundioris pronunciationis caussa nomina in *i* aliquando assumunt *j* ante finalem casuum vocalem, ex. gr. *ki*, Instr. *kiän*, l. *kijen*, *bi*, ignis, *biän*, l. *bijen*, e. s. p. Eodem modo in lingua Finnica duae vocales separantur per consonam *j*, ex. gr. *meijän* l. *meiän*, *niijen* l. *nijjen*, *veän* l. *vejän* etc.

Obs. 2. Quedam monosyllaba in *ai*, *ei*, *oi*, aliasque eiusmodi diphthongos mutant *i* in *j* et transferunt illud ad sequentem syllabam. Haec sine dubio dissyllaba fuerunt, quorum secunda syllaba cum *j* incepit, elapsa vero ultima Nominativi vocali, *j* cum an-

tecedente vocali diptongum formavit. Quare talia nomina recte scribuntur: *voj*, *nox*, *jaj*, *caro*, *jöj*, *stultus*, *aj*, pater (Finn. *äijää*), Illat. *voje'*, *jöje'*, *aje'*; Instr. *vojen*, *jajen*, *ajen*.

**Obs. 3.** Nomina *pii*, Finn. *pilvi*, *syy*, Finn. *syli*, *sjuu*, Finn. *suo-li*, *puu*, Finn. *puola*, aliaque eiusdem generis amisisse litteram *l*, apparet e comparatione linguae Syrjaenae cum Finnica. Amissa vero illa littera non revertitur in flexione, quoniam alia sunt in diversis casibus aeque sonantia vocabula, ex. gr. *pulys*, ab arbore, *syllys*, ab illis, *pilys*, a filio, e. s. p.

**Obs. 4.** Sjögren et Gabelentz putant mutationem litterae *ä* post *j* in *e* profisisci e lege, qvae de vocalibus duris molibusque in lingua Finnica valet. Littera *j* ex vera eorum sententia primus fuit *i*, sed falso statuunt illud *i* lenitatis caussa postulare *e* in fine. Littera enim *ä* ipsa mollis est, et in lingua Finnica antecedens *i* reversa postulat in fine *ä*, non *e*. Ita etiam in lingua Syrjaena *ä* servatur post *i*, ut docet exemplum *ki*. Nobis lingua Syrjaena in hac ratione videtur imitari lingvam Russicam, ubi sonus *jà*, vel si aliquando per *z* designatur, pronuntiandus est *je*.

δ) Nomen subst. *pi*, filius, Finn. *pojka*, sumit semper ante finem *j* et in Plurali omnino irregulariter declinatur, accipiens pro —*jas* finem —*an*, raro —*anjas*, et adhuc rarius simplex —*jas*.

Nom. Pijan.

Gen. Pijan, Pijanlä, Pijanlys.

Accus. Pijanäs.

Instr. Pijanän.

Carit. Pijantäg.

Dat. Pijanly.  
Allat. Pijanlanj.  
Illat. Pijanä'.  
Adess. Pijantän.  
Iness. Pijanyn.  
Abl. 1. Pijanlys.  
Abl. 2. Pijansänj.  
Elat. Pijany.  
Secut. Pijanta.  
Trans. Pijanäd.  
Term. Pijanedaj.

Eodem fere modo flectitur *byd*, omnis, Plur. *bydän*,  
omnes, Acc. *bydänäs*, Elat. *bydänys*, e. s. p.